






[Polders in Noord-Holland]

<https://hdl.handle.net/1874/348870>



B E E M S T E R.

concessione Comitisse Arenbergenfis, primum aggerem instituendi, quibus plures successerunt quos vulgo *Heem-raden* indignant, videlicet: Nicolaus Croock antea dictus, Ioannes Hermanni (in cuius locum successit est Thomas Blommert Harlemissis) Nicolaus Bambeck, & Cornelius Arnoldi Amstelodamenses, Iacob Ripersz. Franciscus Iansonius Molen-Werf Hornensis, Philippus Landscoten Leiderfis, Cornelius Iansonius Melck-nap Alckmariensis & Theodorus Francisci Monicedamensis, ex quibus erat Secretarius, huic operi praefectus, Riwerdus Nicolai Allenfis, tum temporis Secretarius Purmerensis, cuius sedulitas & labor non satis describi potest, quantum mortuum vehementer deplorarunt. Post hunc venit Simon Petri Ipendamensis qui id ipso officio magna cum laude functus est. Primus quaestor erat Theodorus Beugelius Alckmariensis. Et post primum operis incepti collapsum erat quaestor Michael Poppus Amstelodamensis. Geometricus erat Magister Lucas Sinck, Amsterodamensis, qui cum magistris Augustino Bas Alemaniensi & Ioannes Petri Douw Leidenfis omnes vias, fossas & septa delineavit ac superinspexit. Rebus ita ordinatis praedicti viri qui signaverant una cum Bailliuo & quos Heemraden, vocant, operarios & fabros omnis generis constituunt, ut fruerent 26. molas aquarias, quae ibi collocatae sunt, ubi melior commoditas erat istas aquas ejusmodi instrumentis averrendi. Postea a proximis huic operi adjacentibus agris tantum terrae emerunt, quantum istam circumvallationem opus erat. Rebus anno 1608. & 1609. eo deductis, aggeribusque extructis aquisque magna ex parte abductis contigit anno 1610. vigesimo Januarii die, quod haec circumvallatio perumperetur omnisque aqua abacta pristinum cursum repeteret, quod damnum ultra centum florenorum millia excessit. Quocirca frustraneum esse a multis putabatur & fieri, non posse, ut ejusmodi opus immensum ad felicem finem perduceretur; nihilominus praedictae partes opus hoc denuo aggressi, adsupra ad praedictos sedecim Heemradios, his subsequenter: Laurentio Iansonio Spiegel, Scabino Amstelodamensi, Magistro Tobia de Coene advocato & post Dijckgravio, Wibrando de Warwijck, Joanne Hellingx, Nicolao Bambeck & Augustino de Peyne mercatoribus Amstelodamensibus; Theodoro Gerhardi Meermā scabino Delfensi, magistro Ioanne Binnen-blijff Consule Hornensi (in hujus locum successit Wilhelmus Petri Hasen, unus ex consulibus Purmerentanis) magistro Thoma Blommaert Harlemissi, & Ioanne Pellicorn Leidenfis. Hi simul cum

Dijckgravio (quem ante duos annos elegerant) pro Heemraden constituerunt hos sequentes: Cornelium Arnoldi supra dictum, Franciscum Iansonium Molen-Werf, Theodorum Francisci & Cornelium Canter. Hi omnes & praecipue Theodorus van Os & Ioannes Nicolai Croeck suo labore, industria & ingenio eorum duxerunt, ut spatio quatuor mensium agger miliarium duodecim Rhylandicorum aggestus & circum Beemster ductus, & undecim mensium intervallo, nempe vigesimo quarto Junii anni 1610. (quo primum mola circumagebantur) ad Junii principium sequentis anni, omnes aquae abactae & lacus iste Beemster contra omnium hominum fidem & opinionem aptus factus & exsiccatus omnino fuisset, nisi Autumnus & instantia hyemis illud impedivisset, quorum tempestate factum, ut denuo quaedam loca undis occupata fuerunt, cui incommodo statim praefixerunt plures molas aquarias, quarum numerus triginta verno tempore suum officium subierunt tanto quidem cum progressu, ut decimo nono Maji anni 1612. lacus Beemster omnino exsiccatus omniaque jugera sive Kavelingas eo ipso anno ante trigessimum Julii distribuerunt, & unusquisque suam portionem pro sua signatione & contributione accepit. Quilibet igitur hic aedificare coepit, & qui antea erat lacus, nunc fit quasi paradysus circumquaque, non simplicibus aedificiis sed quodammodo Palatii ornatus, hortisque frugiferis passim vestitus, fertilissimisque agris amantissimus.

Quantum attinet ejus lacus capacitatem, intra se 7090 jugera continet, exceptis viis, fossis aliisque avuis, quibus additis, complectitur 10000. jugerum. Situs hujus Lacus (nunc insula factus undique undis circumseptus, latis quatuor, quinque, sex, septem & quibusdam in locis octo virgas, in quas mola pro sua conditione suas undas simul protrudebant) hic est; ad Meridiem respicit, civitatem Purmerentanam cui ponte annectitur & non procul hac duos celebres pagos *Wormer* & *Iisp*; ad Ortum, *Oost-huyzen*, *Quadijck* & *Wrede*; Versus Septentrionem, *Beets*, *Somer-dijck*, *Vierhuyzen*, *Aventijck* & *Avenboorn*; Schermerhorn, Mylen, & lacum de Schermer. Ad Occasum de *Rijp* & *Gracht*, Circularis agger pro angulorumque; natura quibusdam in locis virgas octo Rhenlandicas crassus, alibi crassior, alibi non. Et haec breviter scriptissimum quantum ad horum lacuum seu sinuum exsiccationem attinet sua fama, sumptibus immensis per se celeberrimum, quibus deinceps successerunt plures eadem opera & conamine indefesse exsiccati & fertiles facti, antea nisi undis & periculis praegnantibus.

MARIA EXSICCATA H O L L A N D I A E,

vulgò

Z Y P E; B E E M S T E R; P V R M E R; W O R M E R; &c.

Natura Terrae Hollandicae descripta ordo postulat, ut quendam quoque sermonem de Zeelandia instituamus, sed antequam ad ipsam rem deveniamus praefat ut miram Batavorum industriam in exsiccandis mariis stagnis quae suo vocabulo *Polders* indignant, agamus. Inter haec praecipua sunt, vulgo de *Zype* & *Beemster*, quae nostra aetate agger circumseptus & ab suis aquis spoliata & ad frugem ferendam coacta sunt. Ex quo singularis Dei benedictio; Batavorum indefessa fatigatio satis elucet. Silenrio praeterire non possum molem istam ingentem ardui cujusdam montis caput superantem, quam a Canino & Scyllae rabiem imitante latratu vocaverunt *'t Honts-Wosch* quasi silvam caninam, non ab similem in *Agæo* mari *Charybdi* & *Scyllae* celebrata Poetis. Hadrianus Junius refert se vidisse Saxa ingentia numero pene ducenta, magnitudine instar columnarum per maris rabiem & continuum furorem procul ad litus ejecta. Hanc molem ibi statuerunt ad tres leucas mare versus deducere, ubi rerum parens natura non continuavit arenosos istos colles, quos vulgo *Duipen* vocant incola, ne furente Oceano interiora omnino absorberentur & inundarentur. Hoc opus immensum Pali valide consubulati & fistulis alte depecti, quorum spatia adhuc intermedia grandibus faxis marmoribus acervantur, & stipantur, sustinent tanto cum luctamine ut mirum sit, quid humana industria in hoc opere firmiter non effecerit. Aquilonaribus ventis maxime infestatur. Ejus limites desinunt ad pagum *Pettenum* ad ipsum Oceani litus positum. Ab hoc *Zype* incipit, quod nomen sortitum est ab ingentibus maris seu Oceani lacrymis, continens sexcentas virgas, ad Meridiem objacet illi *Petten* & *Medenblick*; ad Septentrionem Oceanus & Insula *Cerel*. Hac terra continuo inundationibus obnoxia primum aggerem cingi caepit a Wilhelmo, domino de Schagen, quae postea nova terra sive *Nieu-landt* nomen invenit. Postea anno 110. 111. firmissimo agger circumseptus magni ingenii vir Nicolaus Nicolai Frater Ioannis secundi Poetae, & contra Oceani impetum munivit. Eodem tempore multa saliarum ruguria ibidem erexit Bucholdus, vir magni nominis sic quidem ut tam adminiculo naturae quam hominum labore, ab aqua seclusus ager inceperit frugifer esse. Anno vero 110. 110. tantus aestus marinus exortus est, ut longe lateque aggeres perfrerit & exsiccatum solum denuo inundaverit primo quidem Novembris die. Aestuarium hoc per totam Hollandiam magna damna excitavit, in quo multi homines, pecora & aedificia interierunt. Et quamvis hoc damnum irreparabile videbatur, nihilominus animositas quorundam hominum hoc opus denuo aggressa est novumque prioribus firmiter aggerem ad

Zype coacervarunt ita, ut jam nullum deinceps periculum timere necesse sit. Solum versus arenosos colles quos *Duipen* vocant, adeo luxuriosum, ut vix ejus fertilitas credi queat. Est autem *'t Honts-Wosch* ut vocant, opus tam magni momenti tamque efficaci praesidii, ut si casu fortasse vel Oceani aliqua intemperie id perfringi contingat, potiorem Hollandiae partem, undarum violentia operendam affirmant. Verum aliquot retro annis ob ingentes, qui in hanc molem farciendam quotannis impendebantur sumptus, Praetermissa ea fuit maris ac procellarum arbitrio, ut jam pendentes ex alto trabes & hiatus ingentes passim appareant & vestigia prisci operis. Objecto autem mari ingenti agrorum spatio, ne arctius pressum perumperet obstantia, aggeres terrestres in summam altitudinem unus & alter aggesti sunt, qui ob incolarum hodie securitatem, *Slapers* vocantur, & cum opus sit tanti momenti variis insuper donati sunt privilegiis homines hujus curam habentes.

B E E M S T E R.

Alter lacus sequitur & quidem, inter praecipuos quem vulgo de Beemster indignant, qui usque ad annum 110. 110. 111. suam maris naturam continuavit in Waterlandia, circa quod tempus primum circumquaque terrae cumulis fastigiari coepit. Longitudo hujus lacus Hamerodio teste quinque leucas fuit, latitudo unius cum dimidia, profundus septem pedibus. Successu tamen temporis sic accreverat, ut in ambitu complecteretur duodecim leucas, & sua profunditate 7. 8. vel novem pedes; si quidem navibus septuaginta & octaginta lastarum ut vocant per hunc lacum in mare tendere poteramus, quare unicuique visum fuit, impossibile esse circumvallationibus posse ambigi. Primi, qui ex concessione Ordinum Hollandiae & Westfrisiae hoc opus aggeribus circumdare coeperunt anno 110. 110. 111. fuerunt Theodorus & Henricus de Os; & Arnoldus Grotenhusius & Nicolaus Iansonius Croock cives & mercatores Amstelodamenses; postea cum illis fecerunt Rembertus Hogerbeets & Ioannes de Santen viri consulares consilii Hollandici; Item Nicolaus Cromhout, Iohan Buys viri consulares Provinciarum, Ioannes Bassus, Dominus, Camerae rationalis; Bartholomaeus Cromhout Consul Amstelodamensis & consiliarius statuum; Elias ab Oldenbernevelt Rotterodamensis Pensionarius; Adrianus Teidingh Berchout Pensionarius Monichodamensis, Petrus Boom Consul Amstelodamensis, item filius ejus Abrahamus Boom Scabinus ejusdem civitatis; Nicolaus Veen Consul Hoornensis cum Joanne Grotenhusio I. V. Doctore & Iacobo Poppen Scabino Amstelodamensi, qui jus & potestatem dicebant habere in lacum Beemster ex concessione

